

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Sibylliakōn chrēsmōn logoi oktō

Châteillon, Sébastien

Basileae, 1555

Annotationes [...]

[urn:nbn:de:bsz:31-248466](#)

ANNOTATIONES
XYSTI BETVLEII, QVIBVS EA
testimonia, quæ à Lactantio & alijs passim
citantur, cum Sibyllinico codice confert: ad-
mixtis pauculis, quæ in ipso archety-
po adiectæ erant.

Pag. 33.
Annot. 1.



V A M prioris editionis archety-
pus mancus & uitiosus fuerit, uel
hinc sincerus lector animaduer-
tet: quod pauculi uersus, qui ab
initio legebantur, nec steichico
scripti erant ordine, nec ijsdem uerbis quibus à La-
ctantio citati fuerunt. Iam uero multo magis hoc
conspicuum fit ex orationibus Theophili, quas ad
Autolycum, Antonini Veri temporibus, Antiochen-
sis ecclesiæ Episcopus contra gentes scripsit: quas
nuper Conradus Clauerius Tigurinus, iuuenis ut
eruditus, ita pius, & luci uendicauit, & ut Latine
legi possent, dilucida metaphrasi fecit. Is inquam,
in oratione secunda, postquam multis prophetarum
testimonij diuinam unius Dei potentiam asseruit,
Sibylle Erythrea testimonio, Ethnicorum unita-
tes, ueluti suo ipsorum gladio retundit. Verbacis
tantis Theophili sunt: Σεβόλλα τὸν οὐρανον, λία
οὐ τοῖς λοιποῖς ἔθνεσι γενομένη προφῆτες, οὐ καὶ
χεῖτῆς προφῆτες αὐτῆς, οὐδὲ λίστει τὸ τῷν αὐθίζων-

παρ

Annotationes.

301

πνωργίας. Sunt autem uersus, quos citat, ab operis initio, usq; ad sermonem qui incipit, *αρχευείν* περώντις, &c. Quibus uersibus non modo prioris editionis truncum caput restitutum est, sed etiam Lactantio non pauca vulnera sunt curata. Quare cum *λαγνούσι* Sibyllini doctissimorum virorum castigationibus & uersationibus ornati, denudā praelo subiecti erant, uoluimus etiam nos in his nostrum institutū prosequi: quemadmodum ipsa partim ratio, partim Theophili citatio monebat. Hos autē Sibyllinos uersus, qui à Theophilo citati sunt, Erythræ esse, ex multis Lactatij locis manifestum est: ex eos ipsis esse, qui à legatis Romanam Erythris allati sunt. Cum hæc itaq; adornarem, misit ad me Oporinus noster Antimachi collationem, qua Cæstatio quoq; in transferendo, ut ipse fatetur, usus est. Legit autē cum Theophilo etiam Antimachus, *εἰς θεὸς μόνος αρχεῖ*. Apud Lactantium lib. 1. cap. 6. legitur &c.

Hi duo uersus citantur à Lactantio lib. 4. cap. 6. 33. 2. ubi & ipse ait, ex carminis Sibyllini principio esse, quod à summo Deo exorsa est, ad filium hæc referens.

Hic uersus in priori editione cum ijs qui apud 33. 3. Lactantium lib. 1. cap. 6. sciunctim ponuntur, constitutum legebatur. Sed iam ratio est expedita. Apud Theophilum legebatur, *εἰς θεὸς μόνος, Clauſerius,*

et ceteri

cum uersus una syllaba mancus esset, censuit legenda
dum, *ēis θεος ἐγι μόνος*. Sed apud Lactantium inter-
ger legitur, *ēis θεος ὁ μόνος*, &c.

33.4. Legebatur apud Theophilum, τὸν ἡραίνειν.
Variabat lectio, οὐ πάντοις. Clauferus legit ἡτρά-
νιον, quod mihi placet.

33.5. Hi duo uersus citantur à Lactantio lib. 1. cap. 6.
ijsdem plane uerbis: nisi quodd pro ἐτέχθη, ἐτυχο
duplici errore scriptum haec tenus fuit. nunc potest
Lactantius ex Theophilo restitui.

34.6. Οὗτος οὐδὲ.) Clemens in Protreptico sequentes

7.8.9. octo uersus citat, paucis uerbis mutatis. Nam pro
ταύτουσι, legitur τωάντα ἐτι: quanquam τωάντοι
etiam τρομαξών lib. 5. legatur. Pro νέφον, σέφον.
In πρήσταλά τε, coniunctio τε apud Clementem ab-
undat. Sed quir non addo Clementis explicatio-
nem: εἰδίως σφόδρα τέλον μονάς απάρτιν ἀπενάντι-
σα τῷ σπόται, τέλον δὲ γνῶστιν ἀλίω λίδι φωτί τούτοις,
ἄμφω ἢ τωραθεμένην την συγκέντετέλον ἐν λογούδι
δάσκητο γαρ ψυλλος, διψην τωραθεσσα, τὸ δάσ-
κης διασπειδαντοι, τῷ δὲ χρήσει αλινθέας εἰσι
ζόμενοι φυγαδεσσαται. In scripto Sibyllino codice
hi tres uersus continui legebantur illic, *ēis θεος*, sed
confusi: quos tum uel ex Lactantiana lectione suo
nitori restitueram, que cum Theophili lectione
pulchre consentit. In codice Sibyllino scriptum
erat, πατέρων ὑπέρπτατος, manifesto errore: erat taa

Annotationes.

303

men genuina lectio in margine annotata, cū Theo-
philo & Lactantio consentiens. Quinetiam Antie-
mactus legit, παννωέρτατος. In codice Sibyllino
huic uersui connexi erant alij tres, sed abrupta &
interpolata sententia: id quod magis iam ex Theo-
philo appetet. Paulo superius melius locum habe-
re posse uidetur, circa numerum 7. Nam nihil sic
ordinari lectio posse uidetur,

Γενότε δὲ παθέμενοι σοφίου cū γέθεσι ύμῶν,

εστιν. Ος μόνος ἐγι θεὸς πτίγης ἀπρέτητος ὑπαρχώμενος,

Αὐτὸς τὸν εἰρηνικὸν τε τύπον, μερόπων τε

Ἄγγελος μῆτε, φύσιν παιώνων γρεῖς βιότοιο

Eis θεός, εtc. Haec nostrae sunt conjecturæ, quæ sans-
fallere possunt. Certum est Sibyllina esse, uel quia
in codice scripto continentur, uel quia citantur à
Lactantio. Lactantius tamen à codice hoc nomine
uariat, quod ille legit, αὐτὸς εὑρεῖ: in Sibyllinis ue-
rò est, αὐγαίς οὐιζε. Centones sunt sine ordine cohæ-
rentes, quæ scriptus liber ab initio habet. Reliquæ
relinquo pio lectori censenda.

Paulo post:

(τις γαρ ταχεῖς.) Apparet ex ipso Theophilo, se= 37.10.
quentia non continuari. adiiciuntur autem apud
Clementem plura. Versiculos ex eo quatuor adi-
ciam:

Τις γαρ ταχεῖς οὐιζεται τὸν ἐπιστρεψάντος λιαν ἀληθῆ
Θεοθαλμοῖς ιδεῖσθαι, θεορήθροτον, οὐ πόλον οὐιζε.

A.M.

Xysti Betuleij

304

Αλλ' οὐδὲ αὐτίνωρ πατεροντίος πέλασιος

Ανθρώπων γένους λιθόντων, θυντέων γεγάντες.

Meminit idem lib. 5. σφραγίστεωρ, ibi quod adducit
consentientes ex Xenophontis Colophonij scriptis,
εἰς θεός, σύντε θεοῖσι λαοὶ αὐθεώποιοι μεγίστοι.

Οὗτοι δέκατοι θυντοῖσι μόνοιος, διότι νόμιμα.

Paulo post, ubi legitur, τοῖς αἴγαθοῖς legit Lactantius de ira Dei, cap. 22.

Τοῖς τὸ αἰνάνοις ἀνανορ προφέρων πολὺ μείζονα
μισθὼν.

37.11. Clauserius pro ἐστοσίᾳ φαρη, ἐτώσιᾳ βαρῇ legen-
dum putat.

37.12. Εἰλοτῶσιδας, εἰλοτῶσιδας. Id est, boues: Clauserius.

38.13. His tribus uersibus, quia apud Lactantium lib.
2. cap. 13. meliores leguntur, illius lectionem sequi
maluimus. Est enim expedita scansio: que non pro
cedet, si cum Theophilo legas αἰώνια, οὐ παραχά-
σσον ὅριθμέα.

Ex sermone primo.

41.14. Lactant. lib. 2. cap. 9, mundum diuinam prouiden-
tia factum esse probaturus, citat testes Sibyllas.

41.15. Hic uersus emendatus est ex Antimachi exemplari.
Ceteris marginalibus numeris nulla annotatio re-
spondet, usque ad paginam 97.

Ex sermone secundo.

57.14. Citantur hi uersus à Theophilo, sed parum emen-
dati. Restituitur tamen ille uersus, qui prius man-
eus legebatur.

Avtio.

Aύτινα δὲ οὐθανάσος μεγάλων ἐπέθηκεν αὐτῷ γυναι,
Interim tamē tertius ab hoc uersus, apud Theophilum desideratur, qui incipit, τὸν οὐτό τοι. Et pañ
lo pōst, post uersum λαζάρο τὸν οὐτό σινάτην, interse
rendus est ex Antimachiano exemplari hic uerjus.
Eis πολλαῖς θυμιτῶρ ἐμεράδισταν διαλέγεται.

Eorundem uersum de Babylonica turri sensum
legimus apud Iosephū Antiq. lib. 1. cap. 6. his uer
bis: περὶ δὲ τοῦ πύργου τότε, λαζάρον αἱλοφωνίας
τῷρι αἰθέρωπωρ μέμνηται λαζάρον Σιβυλλα, λέγοντα δι
τῶς τωντούριομοφώνωρ ὑπτωρ τῷρι αἰθέρωπωμ, πύρ
γον φοδόμησαν τινες ὑψηλότατοι, ὡς ἐπὶ τῷρι εὑ
ρανδρού αἰθέρωμενοι διεισέπεισαν. οἱ δὲ θεοὶ αἰνέμονε
ἐπιπέμψαντες, αἰνέτρεψαν τῷρι πύργον, λαζάρο
εἴπασχε φωνήν ἐδωλαμενούντο τοιούτοις Σιβυλλώνα συνέ
βη πληθεῖσα τῇρι πόλιμ.

Fōtōn ἐν λόγῳ Ζού. Simile quiddam est apud 101.15.
Lactantium lib. 1. cap. 11. ubi cetera expositiones
reiciuntur.

De historia Titanum Lactantius lib. 1. cap. 14. 101.16.
Enniiana recitat, à quibus ait, Sibyllam Erythræam
paululum uariare.

Hos uersus Erythræe Lact. tribuit lib. 2. cap. 17. 106.17.
Quanquam lectio uariat. Sic enim ibi legitur:

— Ετεῖ πλούτην, παντα ταῖς ἐγένετο
Αωερ ἀφεγονες αἰνέτρεψε δρόσινωσι πατερ' ἔμαχον.

Eadem paronomosia est etiam insrā lib. 8, La 117.18.
u. flantia

306 Xysti Betuleij

stantius etiam huius meminit lib. 7. cap. 25.

121.19. Lactantius lib. 1. cap. 6. ubi de Sibylla Erythrea scribit, alludit opinor ad hunc locum. Verba sunt: Quintā Erythreā, quam Apollodorus Erythreus affirmat suam fuisse ciuem, eamq; Graeci Ilium per tentibus uaticinatam, & perituram esse Troiam, & Homerum mendacia scripturum.

130.20. Lactantius lib. 1. cap. 15. ubi aduersus Grecoū uani tate, qua homines pro diis colebant, differit, hāc Sibyllā aduersus eos increpationem citat, sed secundo uersu mancam, tertio uariantem etiam hoc modo: Ελλας διὸ τί πενθότες ἐώ' αὐτὸράστειρ ἡγεμόνεσσι, Πρὸς οἵ δέ θεορεῖ μάταια μαζαφθειμούντοις αἰσθάνεται. Θύεις εἰσθάλωις, τις τοι πλαύιν βάλην οὐ νῦ, οὐ τε τάδε τοιέπι μεγάλοιο θεοῖο προσώπου λεπτομενίου. —

137.21. Citatur à Lactantio lib. 7. cap. 19. in fine, nunc patim ex Erythrea: ut ubiq; appareat, hunc tenui um librum Erythreæ esse.

137.22. Libro eodem cap. 24. hi uersus paulo alteri leguntur:
Καὶ τότε δὴ χαροὺς μεγάλους θεὸς αὐτὸράστι δάσα,
Καὶ γαρ γὰρ, λαί δενδροφα, η δασεῖα θέρματα γάρ
Δάσος τοι περποδῷ αλλοθινῷ αεὶ θρόνωσι
Οἶνον οὐδὲ μέλιστος γλυκέως, λασπόντε γάλακτος,
Καὶ σίτον —

138.23. Apud Lactantium lib. 7. cap. 18. hi uersus ita leguntur: καὶ

Annotationes.

307

Kαὶ τότε ἀντί πελιον πέμψει θεὸς βασιλῆα,

Οὐ πάτερ. —

Proverbum, Camerinam mouere: ubi Erasmus 146.24.
hunc uersum ex Stephano citat: Stephanus citat, ut
uulgo iactatum.

Lactant.lib.7.cap.20.hos uersus, quos etiam E= 146.25.
rythrae tribuit, sic legit:

Οὐ πάτερ λίαν τὸ λαβεῖ τελος, αὐσυμορ οὐδὲ βέροιοι,

Καὶ οὐδὲ ἀφίξηται πέρισσος ἀθανάτοιο θεοῖς.

Ηγεῖται μεγάλη πέρισσος, οὐδὲ λίαν αἰχνή.

Lactant.lib.de ira Dei, cap. 22. ab hac lectione 149.26.

sic uariat:

Φῦγε μὴ λατρείας αἰώνυμος, θεῶν σῶντι λατρεύει.

Μολχεῖας τε φύλασσε, λίαν αἴροντος αὐτοῖς τὸν λίαν,

Ιδίᾳρ γενεῖαν ποιεῖται τρέψε, μηδὲ φόνον.

Καὶ γερός ἀλισκέντος πεχολώσεται, οὐ πην αἱμαστήν.

Lactant.lib.4.cap.6.sic legit:

149.27.

Αὐτῷν ἐδωλεῖ θεὸς πιστοῖς αὐτοῖς σεβόμενοι.

Citat hos uersus Lact.lib.7.cap.24. cuius lectio 150.28.

ab hac nostra hoc modo uariat:

Οὐδε λύνοι σου σέρνεο σὺ ἔρεστην ἀμιλλήνται.

Χερτορ γερ λυγνόν τ' ὄρφεστην ἀμαρ βέσονται.

Αρπάσει σου μόχοισιρ οὐδὲ, λίαν πᾶσι βέροιοι.

Σεχινοβόρος τε λέων φάγεται ἀλυρορ παρά φάτναι,

Συν βρέφεστην τε μεράποντες αἱμάτροι ποιμένονται

Δείπονται δίνοτίχοι.

150.29.

Lactant.lib.4.cap.11. legit hoc modo:

153.30.

II 2 — Φύσει-

— Φήσοντες Σιβύλλιν.

Μαινουμένην, Κοντραίνειν, ἐπάντιον γέγονται οὐκανήσαι,
Τηνικά μετανύκτινα πονήσετε, πότε εἴτε μὲν δεῖται
Μαινουμένην φύσει, μὲν θεῖον μεγάλοιο προφήτην.

Ex sermone quarto.

157.31. Reperiuntur hi uersus apud Lact.lib.7.cap.23.

Reliqui quidam uariant hoc modo:

Καὶ τότε οὐσεῖσθαι μὲν ἐπὶ ἔφορον εἰς πυρὶ μέτην,
Οσοι δὲ σὺνσεῖσθαι, ταύταινον φύσοστον ἐπὶ γάινον,
Πνοῦ ματθεῖν πόντος τειλίν αἱμα λακτίου αὐτοῖς.

165.32. Suspicio hic quedam deesse. Apud Lact.lib.de ira Dei, cap.23. legitur hoc modo:

Καὶ πότε τὴν ἐγγέλιην θεώρην εἴτε προκίνοντα,
Αλλ' ἐξεμβούντα λακτίου λακτίου τε γάινον
Ανθρώπων ἀπατῶν υπὲπιπονταί πέρθοντα.
Αλλ' ἐλέσι μετάθεσθε βρέσοισι άλλο, μισθῷ πρὸς ἐγγέλιον
Γαντοίλην ἀχράγνητο θεώρη μέγαρον. —

Videntur autem Lactantiana hæc uitio non carere. Nam præterquam quoddam uersus parum expeditè fluunt, malim hanc totum legere, et ἐξεμβούντα.

165.33. Tertio à fine paginæ uersu, ubi debet esse numerus 33. sic legit Lactan.eodem loco:

Οὐν ὁλέσσει, πάντα δὲ πάλιν χόλορ, σύντονται πάντα
Εὐτεβέσαι περὶ θυμῷ εἰς φρέσιν ἀσπάσονται. (11)

Ex sermone quinto.

173.34. Que iam sequuntur, in codice fuere valde multila & truncata, eratq; annotatum, λέγετο πάλιον

Annotationes.

309

τὸν στήχος. Si uero diuinationi locus est, restituam
hunc alterum uersum. nam apud Lact.lib.5.cap.14.
Erythrae ipsos οὐφός λαὶ αἰούτος appellasse legi-
tur.

His quatuor continuis uersibus uariat Lact.alic. 174.35.

quo modo, lib. nimirum 7.cap.18.

Ηέσι λαὶ μανάρων ἐθέλων πολιρέξαλαπάξαι,
Καὶ οὐν τες θεοθον βασιλοὺς πεμφθεῖς ἐπ' ιδίων
Γρύντας ὀλεῖ βασιλεῖς μεγάλος πάντας αὔτιστοι,
Εἴθ' οὐτοις περινέται ὑπ' αφθίτοις αὐθεόποιοι
Eis τὰ ιδία καλάθε. Ioan.1. εὗνος εἶνι ιδίων. Nonn.

Citatur à Lact.lib.4.cap.20.legitur etiam apud 186.36.

Lactantium γενός, sicut uetus lectio habuit. uerius

Antimachus emendauit. nam sic legitur etiam su-
prā, libro tertio:

Αὐτὸς ηγαντεὶ φλέξειεν χαλεπῶν μενός αὐδίρων
Μενός αἰλυνόοιο. — Ο id genus alia poetis tu-
ta sunt.

Hec apud Lact.lib.7.cap.24.non nihil uariant. 189.37.

Εὐσεβείῳ ἡ μόνων αγία χθον παντα τὰ δοίσαι,
Νάμος μελισσαγέος ἀποθέτης, λιξὶ διὰ γλώσσης,
Καὶ γαλα δέ —

Non disimilia sunt apud Lact.libro 7.cap. 16. 193.38.
ut hinc trāstulisse uideri queat, nisi quid ratio pu-
gnare uidetur.

Lactantius de ira Dei, cap.23.his uersibus iubet 194.39.

u. 3 cœle=

310 Xysti Betuleij

cœlestium, terrenorumq; genitorem dilig. Varia
ant etiam hi uersus:

Mήτωσε θυμωθαίς θεός ἀφθιτος ἐξαπολέσι.

Et recte. Nam sic Castalionem etiam legisse apa-
paret: quia sequentes etiam duos, ita ut apud La-
ctantium sunt, transposuit. leguntur autem apud
Lactantium in hunc modum:

Γάν γενός αὐθεόπωρ βιοτὸρ λαὶ φύλορ αὐαδεῖς
Δὲ γέργειν γενετῆρα θεὸν σθόφειν κίνη ἐντα

198.40. Apud Lactan. lib.7. cap.24. leguntur hi uersus
hoc modo:

Καὶ πόλιμ, ἢν ἐποίησε, αὐτὴν ἐποίησε

Δαμπιροτέραν ἀτραπ, λαὶ ἄλιν, ἄλλεσ σελίνου,

Tautē legendū esse, uersus flagitat.

Ex sermone sexto.

206.41. Annotatum erat, ἐτέρας εἰναι ταῦτα dōnā, sicut
etiam Lact. monet, esse alterius cuiusdam.

209.42. Lact.lib.4.cap.13. Hoc de radice Iesse, de qua
Esaiæ cap. 11. oraculum est, intelligit.

209.43. Lact.lib.4.cap.5.uariat hoc modo:

Κύματα πεσούται, νόσοι αὐθεόπωρ ἀπολύσαι,
Ζώετεθνιῶταις, ἀπώσεται ἀλγεα πολλοῖς.

Εν δὲ μιᾶς τωνῦς αἴρονται. —

209.44. Lactant.lib.eodem, cap.18. Et alia, inquit, Si-
bylla ludēam terram his uersibus increpat. Quia
uariant, adscribendos eos iudico:
Αὐτὴ γέχει σύ ἀφρωρ τὸν σὸν θεόν ὃν οὐένοις,

Viii

Annotationes.

311

παύσοντες τὸν θυντοῖσιν νοήμασιν, ἀλλὰ μὲν αἰνάθοις
Ἐγένετος γε φαίνω, φοβόρηστε χολήν εὐέραστας.

Citatur hic uersus à Sozomeno in secundo Tri*209.45.*
partitæ historiæ lib. cap. 18. Sed in integra ipsius hi
storia Ecclesiastica, lib. 2. cap. 1. legitur quidem ibi
hoc modo: Καὶ πρὸς αὐτῶν τὸν ἐλλείων συνο-
μολόγησται εἰδύναται εἶναι τότε.

Ως ἔντονος μακερίστορος, ἐφ' οὗ θεός ἐξετανθῆθη.

Sed nostra lectio appareret castigatior. ἔντονος enim
priorem breuem habet: et anadyphosis additum non
nihil uehementie.

Ex sermone septimo.

Lact. lib. 7. cap. 16. usurpat hūc uersum de mun-
di uastatione.

Notatus in codice fuit defectus.

221.47.

Ex sermone octavo.

Lactant. lib. 1. cap. 11. Iouē diuinitate exuturus, 226.48.
eosdem citat, sed uariantes. legitur enim hoc modo:

Δαιμόνας δέ τινας νενύων καὶ λαταρούντων,
διανέρτηται νάνχημα τάφος οὐδιαυμογες ἰσχει.

Sic sermone quinto idem Adrianus αἴγυρόπορα 226.49.
nos nominatur.

Idē epitheton Nero etiā sermone quinto habuit. 229.50.

Lactant. lib. 7. cap. 24. hos de extremo Dei iuu-
dicio uersus aliquanto secus legit:

Πάτερ γέρας γάιος τότε θυντῶν σύγχυσις ἐσται,
Αὐτὸς οὐ παντοπάτωρ δέ ταιρέλθη βύματι πέντε.

u 4

Memis

312 Xysti Betuleii

- 230.52. Meminit huius Lact. lib. 7. cap. 25. Simile ha-
buimus suprà, sermone tertio.
- 238.53. Hic uersus erat mancus, quem ex Lactant. inte-
grum fecimus hoc modo:
 Γάλλερ ὅρη μάστι, νερῷ τῷ δὲ αὐτάγαστοις ἐγένετο.
 Locus est libro 4. cap. 15. ubi sequens uersus flo-
uariat:
- Kαὶ χωλῶν θρόμος, επὶ τοῦ —
- 238.54. Hæc nobilis illa est Sibyllæ cuiusdam, & memo-
rabilis, & à multis doctissimis hactenus celebrata
 ἀνθρώποις: quam eandem eruditæ censem, cuius Cla-
 cero etiam de Diuinatione secundo mentionem facit.
- 238.55. Hanc Augustinus lib. 18. cap. 23. de Ciuitate, Dei à
 nescio quo qualitercumq; translatam, suis scriptis
 inseruit, quam etiam nos in fine adiungemus. Ho-
 rum, inquit, si primas literas iungas, erit ix̄bvs, id
 est, p̄scis: in quo nomine mystice intelligitur Chris-
 tus. Insererem cum his Eusebij testimonium, nisi to-
 tam rem ex ipsis etiam in fine addere animus esset.
 In his tamen annotatiunculis quid à nostra lectione
 uariet, cum ipse, tum Lact. Euseb. Aldus (quem, o-
 pinor, Gyraldus secutus est) breuiter indicabimus;
 lectori iudicium integrum relicturi.
- 238.55. ιδεώσις (δέ.) ιδίωσις γαρ. Sed ιδεώσις γαρ Ευσέ-
 bius. παρόντες. παρόντες. et quidē melius. πασχανεῖ
 ναι. περναντας. Σαρποφόρων.)
 Σαρποφόρου θυλάς διανθρώπων ἐπὶ βύναστι ιερῷ.
 Legitur

Legitur etiam apud Eusebium, sed & scansionem
impedit. Ανανθα.) Ald. ἀνανθα. sed ανανθα ε=
quem etiam Eusebius. Πιθασιμ.) Ald. ει πιθασιμ. et sic eti=
am Eusebius. August. Reiscent. Lact. lib. 7. cap. 19.
legit: nec improbo. Plus enim ponderis
habet comminui seu conteri simulacra, quam rea=
jici. ενανθα.) Hic uersus ut nec apud Aldum,
nec in uulgata editione, quæ est in Ludouici Viuis
apud August. commentarijs (quæ tamen ex Aldo
descripta uidetur) reperitur, ita nec apud Eusebi=
um, neq; etiam in Acrostichidos serie requiritur:
translatus tamen apud Augustinum extat, & red=br/>didit eum etiam Castalio. ιχνον. ιχνων, Al=br/>dus, Gyraldus. φλέξα. πότερον, πότερον, Euseb. ειρ=br/>ησας,) επίσης Antimachus emendat. Nam omnia
huius derivationis aspirata sunt: licet Aldus etiam
cum Eusebiana editione tenuem habeat. βροτών.)
Eusebius & Aldus, ρυνγών. ἐπελθετεον.) ει σ=br/>λονθετεον, Euseb. τῶν ἀγίων. τὸς ἀγίους, Aldus,
Gyraldus & Eusebius. Cum nostra lectione conser=br/>tiunt August. et Castalio: quanquam nihil periculi=br/>sit. χοννονα.) Non reclamarem, si Acrostichidos
ordo concederet. ενανθα.) Hic uersus apud Euse=br/>bium & Ald. sic legitur:

Ενανθα σέλας νεδιον, ἀγρώντε χορεῖαι.

Quò respexisse etiam Augustinum appareat.

Φαρχγγος.) φαρχγγος legendum. Nam sic ε=

u s

Eusebia

314 Xysti Betuleij

Eusebius legit, et sic castigior lectio habet, et sym
taxeos ratio ita poscit.

ἰν ἐτι πλοιῷ ἔξει.) Euseb. ἡν εἰς πλέων. Ald. ἡν
εἰς πλοιῷ ὑπέση. Σάλπιγξ.) Apud Lactant. lib. 7.
cap. 16. legitur sine disiunctiua. Σάλπιγξ δρανόθεν,
μελέων.) Euseb. legit hoc modo:

Ἀρύσσα τὸ μέλλον, λεῖον οὐ πάμπτε πόσμου.

Apud Gyraldum uero sic:
Ἀρύσσα μύρος μέλλον λεῖον πάμπτε πόσμου.

ταρταρέον.) ταρταροῦν, Aldus et Gyraldus.
Lact. uero lib. 7.ca.20. nostrae astipulatur lectioν.
βασιλίες.) Apud Lactantium legitur βασιλίες, ut
ad Deum referatur. Reliqui nobiscum βασιλίες le-
gunt, sequuntur etiam interpretes. Πῦρ ἥδετε
θεῖον.) πυρὸς ἥδετε θεῖον. Euseb. et alij. generandi
casum etiam Augustiniana uersio expressit, et sic
fluet uersus etiam mollius. σφράγις ἐπισκοπος.)
Eusebius et alij legunt hoc modo:

Σῦντα δέ τοι τότε πᾶσι αφιείνεσθαι, οἶον.

Ego σφράγιδα intelligo, cuius in Apocalypsi mē-
gio fit. πρόσπομα μά δέ.) πρόσπομα τε σιδηρά
τε.) σιδηρήγε Ionicum, ποιητικότερον est, et sic
etiam Eusebius legit. Allusio est ad Psal. 2. ποιη-
τεῖς αὐτὸς cù φάειδω σιδηρά.

Οὐτος δ νιν.) Hos duos uersus corruptos citat
Eugubinus lib. 1. cap. 22. Perennis philosophia.
Ἄντεστιχοι.) ἄντεστιχοι apud alios legitur.

Hunc

Annotationes.

315

Hunc uersum suppluimus ex Lactant. lib. 9. 242.56.
capite 16. Utinam uicinis etiam hoc modo mederi
possim.

Apud Lact. lib. 2. cap. 13. h.e.c aliter 242.57.

leguntur, que ut cōferri promptius possint subijciā:

Ανθρώπων πεπολάθαι θεος ταλάμους οὐτοῖς,

Οὕτε πλανύσον ὄφις δολίως ἐπὶ μοῖραν αἰνελθέν

Τὸ θυμότα, γνῶσιρ τε λαβέντα σγαθό τε παιδότε.

Posterioribus uersibus similes fuere libro pri-
mo, sed castigatores:

Εξαπάτησον ὄφις δολίως ἐπὶ μοῖραν αἰνελθέν

Τὸ θυμότα, γνῶσιρ τε λαβέντα σγαθό τε παιδότε.

Ut legerim sane hic etiā αἰνελθέν, potius quādā
apud Lactantiū αἰνελθέν. Ceterū in σγαθότε πα-
νήστε, ad hanc et Lactantianam lectionem, accedit
etiam Antimachi emendatio, et ratio iubet: est ea-
nim prima in νοενδρού breuis.

πρεσβυτέρων.) πρεσβυτέρων Antimachus legit. 242.58.

Castilio tamen per comparatuum comptius redi-
dit. Sequens uersus apud Lactant. lib. 4. cap. 15.

ubi de miraculis Domini agit, sic legitur:

Γαύτα λόγῳ πράττων, πασσάντε νόσον θράσπονων.

Et aliquanto pōst sequentes quoq; duos citat, quo-
rum prior uariat etiam aliquantulum.

Tὸς αἰνεμένος πανσέτε λόγῳ, τρέψοντε θάλασσαν.

Apud Lactantium libro 4. cap. 18. hic uersus 242.59.

alij insertus legitur: de quo paulo inferius uidebi-
mus.

316 Xysti Betuleij

mus. Quin Castalioni sequens etiam translaticius
uidetur, nec immerito.

242.60. Lactantius eodem loco, atq; rursus Augustinus
loco superius memorato, hos uersus Sibyllinos pau-
lo aliter locauerunt. Sed hic in transferendo ali-
quantum à scripto uariat, hoc nempe modo: Ut co-
laphos accipiens tacebit, ne quis agnoscat, quod
uerbum, uel unde uenit, ut inferis loquatur, & co-
rona spinea coronetur.

242.61. Hanc expositionem sequitur Lact.lib.4. cap.20.

245.62. Apud Lactantium libro 4.cap.17. hi duo uersus
sic leguntur:

Ἄλλος ταῦτα αὐτὸν παντας τελειώθη, ἀσθεῖς δέποι,
Εἰς αὐτὸν τὰς λύσεσσαι νόμους. —

Potest itaq; Lactantiana lectio hinc restitui.

245.63. Lact.lib.4.cap.15. sic legit:

Ἐπί αὐτοῖς αὐτα πεντε, λιξὶ χθίσεις θυσίαι.

Et in tertio uersu uera pro αὐτα. In quarto pro
λαῶν, πολλῶν. Similia de miraculis et paſſione Do-
mini habuimus suprà sermone primo.

245.64. Hi uersus apud Lactant.lib.4.cap.18. leguntur
quidem, sed non eodem ordine. Liber is est omni-
bus in manibus, conserat qui uoleat. Nos uariatio-
nem signabimus. εἰς αὐτούς. εἰς αὐτούς. Et sic
Augustinus legit. Καὶ πιστοί. εἰς αἱ φαρσέος ἐδωκαν.
τῆς γῆ φελοξ. τῆς αἱρέλοξ.

Augustina

Augustinus.

*In manus iniquas infidelium postea ueniet: Et
dabunt Deo alapas manibus incestis.*

Et sequentes Augustinus sic reddit: 245.65.

Ad cibum autem fel, et ad sitim acetum dederunt, in hospitalitate hanc monstrabunt mensam.

Et hoc loco duo uersus apud Lactantium & 245.66.

Augustinum inserti leguntur, quorum posterio-
rem paulo superior noster codex habet. Versus hi
sunt:

Καὶ σόματιν μεροῖς ἡ πίστις μᾶλλον φερμανός εὐταξία,
Δώσει δὲ εἰς μάθημας απλῶς ἀγνὸν τόπειν τοῖς.

Augustinus:

*Et impurato ore expuent uenenatos spitos. Da
bit uero ad uerbera simpliciter sanctum notum.
Scansio constabit nostra, si in tertio loco proceles-
maticum admiseris. Apud Lactantium cap. 19. e-
iusdem libri, sublatus articulus scansionem totam
interturbat.*

Hunc uersum ex eodē Lactantij cap. inseruimus. 246.67

Zacharie 9. Lactantius haec de secundo aduētu 246.68.
interpretatur, quæ prophetæ de primo dixit.

Lact. lib. 7. cap. 18. pro διδον, σύνον legit: & 246.69
pro ἀθεοὺς, ἀθέος. & apparent, locum esse man-
cum: quod hemistichium, quod apud Lactant. est,
hic desideratur, iuxte eas dicas.

Lactant.lib.4.cap.6. 246.70

Lact. lib. 2. cap. 11. Apud 253.71

253.72. Apud Lact. lib. 7. cap. 20. hi uersus sic leguntur:

Oὐρανὸν εἰλίξω, γάιον νοῦθμῶνας αἴρεσθαι.
Καὶ τότε αὐτοῖσι, νεκρὸς μοῖρας αὐτοῖσι,
Καὶ θεατῶν νεύτρον, λικίν γέροντος εἰς νέφοιν ἄστην.
Οσεα 13.2. Cor. 15.

254.73. Locus hic erat ualde uiciosus, quem hoc modo,
ut uides, Antimachus nobis restituit.

SEBASTIANI CA- STALIONIS ANNOTA- tiones in Sibyllas.

EX LIBRO PRIMO.

40.1. Cœlum despiciens.) In Græco neq; sententia
Capta uidebatur, neq; uersus constabat: sed
ex Antimacho correxiimus.

47.2. Est & Ius.) Non primus Adamus in orcum de-
scedit, sed Abel. Sed quia fuit Adamus primus homi-
nū (unde et Adam Hebreis hominē significat) ab
eo denominatus est orcus. Licet aut̄ hic uidere Græ-
corū errorem, qui hoc nomen Græcū esse rati (ut
& alia multa) absurdē interpretatis sunt.

51.3. Sunt elemēta nouem mibi.) Hoc nomē quod sit,
nescio. Sed cū Noam alloquatur Deus ante factam
linguarū diuersitatē, non dubiū est quin ea lingua
utatur, quæ tum sola erat. Hebræam aut̄ fuisse, pa-
tet cū ex nominibus, quib. Adamus animalia nun-
cupauit, cū ea nomina in Hebreo sermone anima-
lium

Annotations.

319

lum ferè naturā declarent: tū ex primorū hominū
nomimib⁹, quæ in solo Hebraico sermone signifi-
cātia sunt, ut Adami, ut Caini, ut reliquorū. Quod
sī ita est, cum hic Sibylla uocet elemēta quædā ḥ-
p̄wra (id est consona, sicut in Iesu nomine, Deo uo-
lente, declarabimus) oportet aliquas esse literas in
Hebræa lingua, quæ uocales appellētur. Atqui nul-
la sunt omnes enim consonatæ uocant, utentes pun-
ctis quibusdam uocalibus, quæ neq; literæ uocan-
tur, neq; numerorum nota sunt, ut possint in huius
nominis rationē uenire. Oportet igitur aut Aleph,
He, Vau, Iod, & Ain uocales dici: aut Sibylla Græ-
cē loquentem, de aliquo Gr.eco Dei nomine loqui,
& quod à Deo Hebraicē dictū sit, id ad sermonem
Græcū accommodare, quasi ipsa Græce, non Deus
Hebraicē loquatur: quemadmodū in Apocalypsi Ie-
sus dicit, se esse a & ω, nisi forte ibi Græcē loque-
batur. Atq; hæc quidem in medio posita sint ad con-
siderandum. Ac si cui notum hoc nomen est, cum
ero ne studiosos celet.

Vicenos cum bis & unum Complesset soles in 60.3.
undis.) In arca fuit per annum Noe, ut tradit Mo-
ses: sed quadraginta dies cōpleuit in aquis. totidem
enim dies pluisse, idem Moses tradit. Nec refert,
quod Sibylla addit unum ad quadraginta. Moses ea-
nim secutus est numerū quadratū: sicuti cum apud
eundem dicit Abrahamus, ante conceptum Isaacum
se cens-

Sebast. Castalionis

320 se centenarium esse, cum esset uno anno minus. Sed iudicent alij.

60.7. *lactata meo cum coniuge.*) Hie locus nos admonet, ut de Sibyllæ genere et ætate disseramus. Igitur hic, & ad finem tertij libri, tradit se nurū esse Noe, cumq; eo euasisse ex diluio, & Babylone profectū uaticinari per Græciam, falsoq; ex Erythra natam dici: ab alijs etiam ex Circe & Gnosto. Præterea in fine libri septimi docet, se iā ardoribus et æuo confectam esse, sed tamen à tempore consumptum iri, neq; semper uiteturam. Ex quibus locis patet, eā diu tuis uixisse, quam ferret communis ætas hominum. Quæ res locum fecit fabule, qua ab Ouidio in 14. Metam. posita est, ubi Sibylla ostendit sibi à Phœbo prorogatam esse uitam, scq; iā septingentos annos uixisse, & adhuc trecentos esse duraturam. Atq; eadē eius uitæ longitudo in causa fuit (sicut ego existimo) ut quæ eadem esset, plures esse putaréunt: quod ea diuersis temporib. & locis apparens, plurium speciem preberet: non putantibus hominib. eam tamdiu posse uiuere, sed aliam esse. Nam quod memorie proditū est, Sibyllam quandā suisse Persicam, ex stirpe Noæ, hac eam se esse tradit. Erythra am aut putari, quæ alia putata est. Cum ea quoq; eadem esse dici potest, ex eo quæ cito Nasonis loco, & ex Aristotelis libro de Mirabilibus narratio nib. ubi ita scribit: Cumæ in Italia ostenditur quodam

dam

dam (ut uidetur) conclave subterraneum Sibyllæ
 uatis: quam diutissimè uixisse, & uirginem permā-
 sisse perhibent, quæ esset Erythræa, sed à quibusdā
 incolis Italiæ Cumæa, ab nonnullis Melanchræna
 uocaretur. Hæc ille. Itaq; uidentur aliquanto pau-
 ciores fuisse Sibyllæ, quam uulgò habentur: neq; ta-
 men nego, fuisse aliquam multam. Neq; est quod mi-
 bi quisquam obijciat, Sibylla tamdiu uiuere non po-
 tuisse, quod hominis uitam Deus Noe dixisset fore
 centum uiginti annorū. quæ res non statim post di-
 luuium accidit: propterea quod hominū prauis co-
 natibus (propter quos Deus uitam minuit) tum di-
 luuiō, tum linguarum diueritate cohicitis, nō erat
 necesse hoc decurtandæ uitæ extremū remediū sta-
 tim adhiberi. Sed id postea adhibitū est, ut Deus fu-
 turū dixerat. Itaq; Abrahamus centesimo anno se-
 nex est. Hoc, inquā, si quis obijciet, respondebo, De-
 um de communi & uulgari uitæ curriculo dicere.
 Nam & Abrahamus, & alij multi diutius uixerūt,
 & Sibylla uixisse potest, quū Deus nulli sit obno-
 xiūs legi, quo minus faciat quod ipſi uisum sit. Vi-
 detur aut̄ scripsisse quædā ante Saturni seculū. Nā
 lib. i. de Titanibus uaticinatur. Libro aut̄ tertio &
 narrat, & uaticinatur: sed uidetur narratio illa ma-
 gis esse uaticinatio. Solēt enim uates de reb. futuris
 loqui, quasi de præteritis: quod Deus (à quo affla-
 tur) futura iuxta ac præterita uidet.

63.5. Dono Sabaoth.) Hoc nomen Hebraeū est, & significat exercitus. Vocatur aut̄ Deus exercituum, quasi tu dicas, armipotens, aut bellipotens: quod omnib. (quae usquam sunt) reb. tanq; militib. utatur.

64.6. Vocales quatuor aut̄ Fert, non uocalesq; duas binum Geniorū.) Hoc enigmate significat nomē in oī: Seruatoris nostri, quod constat ex quatuor uocalibus literis, & duab. consonātibus: quae litera in lingua Græca efficiunt 888. Nam & ualeat 10. + 8. + 200. + 7. + 4. = 200. Vocat aut̄ ἀφωνα cōsonantes, literis in φωνέσι et ἀφωναι, id est σιναφωναι diuisi. Quod autē uerto, Nō uocales duas, in Greco est in fine uersus, ήτε ἀφωναι δυο αὐτη. Sed neq; uersus ratio constat, neq; sentētia. Itaq; ubi est δυο, legendū est δυο, in quo sane facilis fuit lapsus, quod inferior pars literae δέσποται, superiore auulsa, figurā habet littere e: superior itē, asperis spiritus: media pars aut̄ littere, quia graciliori tractu calami exaratur, facile potuit exolefcere. Litera aut̄ vi, qualis in fine scribi solet v, facile ex v facta est, subiecta infra partē priorē linea, et deleta apostrophe, quae sequebatur. Sed qd sit Binūm Geniorū, neq; satis intelligo, neq; uersus satis cōstat, nisi ἀγγελων dicimus penultima longa, qualicentia uetus est Homerus in μέλος & ἐλασσα. Quod si est, significat Sibylla duos esse genios, quorū nomen à litera σιναφωνae incipiat, quorum unū alicubi nominat ipsa Saniele: alter quist, non

Annotationes

323

non video. Sed nihil hic affirmo. In sequenti uersu
pro Adonae, legi debet d'ōnō, duobus uerbis.

EX LIBRO SECUNDΟ.

Adonae.) Hoc nomen Hebreum est, & domi^z 80.1.
num significat.

Qui nomine complet Ortus.) Hoc latine expri^m 91.3.
mi non potuit, quod nulla illarū quatuor regionū
initium habeat à quarta litera. Hoc autē nomen A= =
dam Græcæ lingue accommodat, nō quia Græcum
sit, sed quia Græce loquitur: idq; ex sua persona.

EX LIBRO TERTIO.

Ex Augustinis.) Augustinos uocat ciuitatē que^z 95.1.
paruit Augustis, que in Apocalypsi (ut et alibi à Si
bylla) Septicollis appellatur. Ex hac uetus est Be
lial, qui à Sibylla Belias uocatur: sicut à Græcis An
nibus dicitur, qui est Annibal: quāquam Belier pao
lo pōst appellatur. Sed nihil refert. Is est, qui in sa
cris literis uocatur Antichristus, et homo perditus.
nā hoc significat Hebraico sermone Belial. Est aut̄
diligenter animaduertendū, quemadmodū Christus
cū iam adesset, tamē expectabatur: idē etiam in An
tichristo accidere, ne quem forte illud fallat quod di
citur Antichristus miracula facturus. Non enim ue
ra erunt miracula: qua res eos fallit, qui tales sunt
in Iesum Deū, quales fuere Iudei in Iesum hominē.

Versum ultimū sic perficies, ut habetur in exem^z 96.
plari Antimachiano, Magna ui flatus Deus immor

x 2

talis

324 Sebaſt. Caſtalionis

taли in illam impulit: at uenti. Itemq; mox post uer-
sum, Sed poſtquam, interſeres hunc:
Mutate, & uario diſcrimine diſſonuerunt.

103.3. Nāq; domus regno.) Non tam latē quidē regna-
uit Solomo: ſed in eos quodā modo regnare dicitur,
à quib. ei munera mittebantur, & quibus metuen-
dus erat, ut eſt in Psal. 72.

123.4. Chiū quoq; ſe ipſe uocabit.) De Homero loqui-
tur, qui primo hymno ad Apollinem, Delidas allo-
quēs monet, ut ſi in posterū interrogentur quē can-
torem habeāt, quo maximē delectetur: reſpondeant,
homīcē cæcū, in Chio habitantē. de ſe loquens.

EX LIBRO QVARTO.

156.1. Aſſyrij mortalibus imperitabūt omnib.) id eſt,
maximū erit Aſſyriorū imperium. Non enim toti
orbi imperarunt, ſed ita dicuntur imperare omni-
bus, ut Cyrus, qui apud Eſdrām uocat ſe regem
totius orbis.

EX LIBRO QVINTO.

168.1. Cuius capitalis habebit littera bis decies.) Hęc
ſunt intelligenda in Græco ſermone, in quo literae
numerum ſignificant.

196.2. Matrum caſores.) ſic Romanos appellat, pro-
pter Neronem matricidam.

EX LIBRO SEPTIMO.

200. Mille mihi leſti.) Mirū uideri poſit, mulierē im-
puſicant, tā p̄eclarē uaticinari. Sed meminiffe co-
uenit

Annotationes.

325

uenit, posse etiam improbos et uaticinari (exemplum
est Balaamus) et edere miracula: quemadmodum pa-
tet ex Christo, qui ostendit multos fore in ultimo iu-
dicio, qui haec a se facta commemorent: quos tamē nō
sit agnitus, utpote maleficos et improbos. Præte-
rea potuit Sibylla, cū haec scriberet, esse proba, et ui-
tam mutasse. Non enim dicit se esse sceleratam, sed
fuisse, quæ sane peccati confessio, uitæ correctionem
uidetur indicare.

EX LIBRO OCTAVO.

232.

Porro quater decies.) Romani imperij finis in-
telligendus est, cū Decius XXVI imperator unā
cū filio suo cæsus est à Gotthis, à quib, postea dele-
tum est imperiū Romanū. quo quidem Decio cæso,
Romani Gotthis, paciente Gallo, stipendiū solue-
runt, quod antea fecerant nunquam. in quo capitū
diminutio, et imperij amissio intelligitur. Hoc aut̄
accidit anno ab Urbe condita millesimo tertio, qui
numerus superat numerū à Sibylla positū numero
quinquaginta quinq;: cū illa dicat, Romā completu-
ram esse annos nongentos quadraginta octo, qui nu-
merus est literarū nominis, Roma in sermone Græ-
co. Sed ante Deciū res iā fuerat Gotthis cū Roma-
nis: et Romanorum imperium perire recte dicitur,
cum Gotthorū (à quibus uicti fuerunt) incipit.

IESVS CHRISTVS.) Hanc Acrostichi- 2.239.
dem per omnia imitatus sum, preterquā in ultima
x 3 litera.

326 Sebast. Castalionis

litera. Cū enīm in Græco sit Crux, ego uerbo latino
 destitutus, cuius litera prima esset x, posui Crucis, ut
 duab. literis que idē ualeat, unam exprimere. Quod
 si in Græco pro πυρὸς ὁ ρῦ, legeretur ὁ πυρὸς ὁ ρῦ, q.
 idē esset, haberet pro ταῦρος, id est crux, ταῦρον,
 id est crucifige. Sed de hoc nihil affirmare audeo. Vi
 detur aut̄ Cicero audiuisse hoc de Christo oraculū.
 Nam in lib. 2. de Diuinatione, de Sibyllæ carmine lo-
 quēs, differit his uerbis: Sibyllæ uersus obseruamus,
 quos illa furēs fudisse dicitur, quorū interpres nūq;
 falsa quædam hominū fama in senatu dicturus pua-
 tabatur, eū quē reuera regem habebamus, appellan-
 dum quoq; esse regem, si salui esse uellemus. Hoc si
 est in libris, in quem hominē, aut in quod tēpus est
 Callidē enim quæ illa composituit, perfecit, ut quod-
 cunq; accidisset, prædictū uideretur, hominum et
 temporū definitione sublata. Adhibuit etiā latebrā
 obscuritatis, ut ijdē uersus aliās in aliam rem posse
 accommodari uiderentur. Non esse aut̄ illud carmen
 furentis, cum ipsum poema declarat (est enim ma-
 gis artis et diligētiæ, quam incitationis et motus)
 tum uero ea quæ augorixis dicitur, cū deinceps ex
 primis uersus literis aliquid connectitur, ut in qui-
 busdā Ennianis, quæ Ennius fecit. Id certè magis est
 attēti animi, q. furētis. Atqui in Sibyllinis ex primo
 uersu sentētiæ primis literis illius sentētiæ carmē o-
 mne prætexitur. Hoc scriptoris est, nō furētis; adhi-
 benitis

Annotationes.

327

sit Crux quib[us] b[ea]ntis diligētiam, nō insani. Quamobrē Sibyllā qui
 dē sepositā et cōditam habeamus, ut (id quod prodi-
 tū est à maiorib.) iniussu Senatus ne legantur qui-
 dē libri, ualeatq[ue] ad deponēdas potius, q[uia] ad suscipiē-
 das religiones. Cū antistitib. agamus, ut quiduis po-
 tius ex illis libris, quam regē proferat, quem Romæ
 posthac nec dij nec homines esse patientur. Hæc Ci-
 cero. Sed quod dicit, Sibyllā hominū temporūq[ue] de-
 finitionē callide sustulisse, nō uerè dicit. Nā ea ad
 finē secundi libri aperte dicit, tū uenturū esse illum
 regem immortalem, toti orbi dominaturū, cum Ro-
 ma Aegypto imperare coepisset: id quod accidit paucis
 annis post Ciceronē, sub Augusto, que religio iā homi-
 nū animos occupauerat, cū de reducendo in Aegy-
 ptū Ptolemæo ageretur (ut est in prima Familiaria
 unum epistolaru[m] Ciceronis) qui Ptolemæus à Gabiniō
 reductus est. Præterea in lib. i. dicit, tū eum esse uen-
 turū, cum esset Ioānes baptista ab Herodē occisus: lo-
 annē uocem quandā appellās in deserto clamātem.
 Sed qualis futurus esset ille rex, nesciuissē Roma-
 nos. ideo minus mirū est, quòd ne Iudei quidē scie-
 rūt, putatē fore terrestre, cū futurus esset diuinus
 et celestis. id quod ex Sibylla cognosci potest, cum
 Deū uocat, et nostra causa supplicio affectū. Quod
 aut̄ dicit de Acrostichide Cicero, male omnino col-
 ligit: quasi uerò sit difficilius Deo uates agitanti ta-
 lia fundere carmina ex tempore, q[uia] Ennio, adhibito et
 tempore et diligentia.

x 4

Dic

259.3. *Dicta logi Bethlebē. Ἡγούσ sermonem et rationem declarat, siue consiliū quoddā, & prudentiam ac mentē, per quā Deus agat, sicut homines sermone et ratione agunt: cuius uerbi uis quoniam latine uero uerbo satis exprimi nō potest, usus sum Greco. Bethlehem aut̄ Hebreis domum panis significat, in quo oppido natus est noster ille cōditor, auctor, seruator, Dei filius IESVS CHRISTVS, Deus summis laudibus celebrandus in sempiternum.*

ANNO TATIONVM FINIS.

MOSIS CARMEN, IN QVO HEbræorum calamitatem ob alienorum deorum cultum futuram prædictit: rursumque eorundem instaurationem, & hostium ultionem: quod argumentum à Sibylla non est alienum, ex Exodi 32.

Audite cœli quæ loquor, accipe
Oris loquelas terra mei, meæ
Imbris fluent ritu camœnae,
Verba fluent mea roris instar.
Non secus ac si prata rigans liquor
Cœli pluientis gramina mulcet,
Magni iouæ nomen citabo:
Laude Deum celebrate nostrum.
Perfecta cuius fortia facta sunt,
Et iuncta recto iudicio. Deus

Fidissia